iuxta antiquam consuetudinem iuramentum a Procuratoribus qui in Iudicio civili causas agunt exigatur illudque fiat non iuxta novam formulam per Magistratum civilem non ita pridem conscriptam ex Decreto nostro sublatam sed ex prioris antiquae formulis in ordinatione Serenissimi olim Sigismundi Regis contentam iuxta dicta tam antecessorum nostrorum quam etiam nostra de iuramentis eiusmodi prolata Quam quidem ordinationem nostram in omnibus punctis et clausulis vim et robur habere perpetuoque observari debere decernimus Harum quibus sigillum nostrum est appressum testimonio literarum.

Mandatum S.R.M. ad Scab. Crac. ut appellationem ad S.R.M. admittant vacante Advocato Crac. Arcis Iuris supremi.

Famatis Advocato et Scabinis Iuris inferioris Civitat. nostrae Crac. Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam Famati Fid. nobis dilecti. Prosequitur ius suum coram Iudicio Fid. vestrarum Excellens Simon Simonius personae nostrae medicus occasione damnorum et litis expensarum cum Honesta Magdalena Kishanowska matre Uxoris suae. Itaque si aliqua pars eorum gravatam se esse sentiens a sententia Fid. vestrarum appellaverit vacante interim Iudice sive Advocato Iuris supremi Theutonici Arcis Crac. nostrae ad Iudicium nostrum absque ullis dillationibus et procrastinationibus appellationem admittant pro gratia nostra et debito officiorum suorum secus non faciant

Citatio oppidanorum occasione denegationis Podwoda cubiculariis S.R.M. dari solita et consueta

Stephanus etc. Vobis Famatis Proconsuli Consulibus Advocato Scabinis atque Communitati totius oppidi N. nostri quorum nomina et cognomina hic habere volumus pro expressis ex officiis ac de personis bonisque vestris omnibus mobilibus et immobilibus Mandamus ut coram nobis et Iudicio nostro Cracoviae aut ubi tunc cum curia nostra foeliciter constituti fuerimus N. post festum N. proxima peremptorie comparaetis Ad instantiam omnium et singulorum oppidanorum nostrorum N. in terra N. consisten. Citamini propterea Quia vos contra antiquam consuetudinem et praescriptum Constitutionum Regni Podwodas per oppidanos praefatos N. cum servitoribus seu cubiculariis nostris in oppidum nostrum N. pro exigentia itineris cubiculariorum nostrorum importatis quas vos ab ipsis iuxta morem antiquum et ex praescripto Constitutionum Regni recipere ac tandem in alia viciniora

oppida desene et repertare consuevistis easdem in Anno p̄senti multoties in oppidum et deductas temere in maximum oppidanorum et grauamen ab ipsis recipere recusastis ita ut ipsi oppidani et cum summa facultatum suarum iactura eiusmodi Podwodas prout rei cubicularioren vestrorum exigentia ultra oppidum et contra antiquam consuetudinem easdem desene et repertare cogebantur Faciendo p̄missa in graue damnum Actorum ipsum quod stetis contra vos estimant et plus potest prout ea omnia vobis in termino aduenienti latius declarabuntur Hocque ad videndum et audiendum vos ad solutionem damnorum oppidanis et illatorum cogi et ad suscipiendum ab illis in posterum Podwodas debere vos compelli Aliaque pro causae exigentia in vos statui Contumatia uestra non obstante Litis itaque pariturum et ad p̄missa respondendum Datum etc.

Supplicatio

Serenissime ac potentissime Rex Dn̄e Dn̄e clementissime Intercedit mihi causa et actis coram Tribunali Mtis Vrae cum Dominis Aduocato et Scabinis Ciuitatis Crac. ratione illegitimi cuiusdam Processus coram Judicio eorum contra me ratione asserti cuiusdam debiti agitati et perducti Quae causa a Sententia spectabilis Consulatus Crac. ex vi appellationis per me interpositae ad Judicium Mtis Vrae deducta est Tamen Domini assessores Mtis Vrae Sabbato prox. p̄terito omnes et singulas causas ad Judicium Mtis Vrae deuolutas quascunque priuatis Ciuibus cum Consulatu tum etiam Aduocato et Scabinis intercedunt ad Feriam quartam post Festum et etc. limitauerunt Quam appellationem meam et limitatione stante nihilominus officium Aduocatiale ijs potissimum feriatis ac legatis diebus quibus omnia subsellia Judicum a Judicijs et processibus vacant illius processus sui asserti pro cuius illegitimitate per me ad officium Consulare tracti sunt executionem attentauit et habitationes meas in domo mea cum intro contentis rebus occludi et obsigillari me obstante fecit Quare humiliter Mtem Vram oro demandare dignetur officio Aduocat. ut ab eiusmodi asserta executione stante appellatione et limitatione ipsis ferijs abstineat habitationes meas recludat decisionemque Mtis V. Regiae eorum negotij expectet

Relatio ministerialis positionis cittonis.

Ministerialis Terris omnium Terrarum Regni Prouidus et coram officio et Actis Castri Capit. Crac. personaliter stans recognouit Quia feria re prox. p̄terita cittonem literalem sub titulo et sigillo S.R.M. post Curiam suae R. M. pertinentem ex parte et ad instantiam Prouidorum et Res et alterius liberis eius consortium nobilis agentem incolarum Pactor et supra omnes et singulos

390